



VITA
GEORGII SABINI.

Nascitur GEORGIUS SABINUS
Brandeburgi, (quod oppidum est an-
tiquissimum Marchiæ (1), ab eo loco,
tanquam Metropoli, Brandeburgensis di-
ctæ.)

(1) Licet in Marchicam Tellurem optime qua-
dret versus Ovidii :

*Triste solum, sterilis; sine fruge, sine arbo-
re, tellus.*

In procreandis tamen Viris eruditissimis maxime foe-
cundam semper se exhibuit. Nolo iis in recen-
sendis iam molestus esse, alias integras implere
possem paginas. Quem enim Chemniciorum;
Brunnemannorum; Cramerorum; Carpzoviorum;
Barthiorum; Hostorum; Pieriorum; Goeden-
orum; Crusiorum; Leuthingerorum; Acidaliorum;
&c. &c. immortalia nomina latent? quorum lau-
des ex merito decantatas vide apud *Quenstedium*
de Patriis Illustr. Doctrina & Scriptis Virorum